Nam uariis locis mensurae actae sunt & iugerationis
modus collectus est. cetera autem prout quis occupa
uit posteriore tempore censita sunt & possidenti
assignata imp uespasiani censitione & iussu iter
populo non debetur. PROUINCIA DALMATIARUM
In diuersas regiones siue uocabula uicos uel possessi
ones haec sunt testimonia agralia diuidentia in mon
tibus & per loca arida & confragosa petras signatas in
ueniuntur. summa montium terminos augusteos id
est rotundos in effigiem columnae. aliqua littera sig
nati alii uero non sunt signati. arcas finales. grumos.
arbores ante missas intactas a ferro congerias mache
riae id est ubi saxa collecta ab utrisq. limites dederunt
petras sacrificales aras. in quibus locis arbores intactae
stare uidentur. in his locis ueteres sacrificium faciebant
certa loca uiae militares finem faciunt. alibi uero de
uexa montium id est per latera montium ripae cur
rentes finem faciunt aliquando monumentis sepul
chris terminos cursorios in effigiem tituli constitutos
& in trigonium certa loca riui & canabulae & nouercae
scorofiones ubi duo fines cuneati se iungunt. si forte
in campestrib; locis ubi agri in plantatia sunt in iugeri
bus assignata sunt. PRAETEREA UICUM SAPRI
NUM & cliniuatium in terra uoratos & sardiatas
testimoniis diuidi ripis riuis arboribus ante missis in
tactis ut supra dixi loca sacrificales tumor terrae



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1564/0164
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG